

A tous présents et à venir Faisons savoir que possédé du vif désir de chasser l'hérésie de notre diocèse de Lyon, qui tient le premier rang parmi les Eglises de France, et d'enlever tout ferment d'erreur, nous avons pensé qu'il n'existait pas de remède plus efficace et plus opportun (autant qu'il dépend de nous) que d'envoyer des prédicateurs de la parole de Dieu, hommes courageux et

---

morbo hæreseos, virorum etiam religiosorum et catholicorum pro antidote a nobis numerus augeretur. Cum inter hujusmodi hæreticorum procellas frater Simon Guichard, ordinis fratrum Minimorum sancti Francisci de Paula vir et religione et sanctitate doctrinaque evangelica et orthodoxa singularis, qui Parisiis pluries publice prædicavit et per nos ad prædicandum verbum Dei in dictam civitatem nostram missus fuerint, religionis et fidei nostræ orthodoxæ negotio per multos annos ita sancte et fideliter se gesserit et in ecclesiæ catholicæ edificationem laboraverit, ut non solum plures errantes sancta illius prædicatione ab errore verum, etiam precipites multi in errorem tendentes revocati et in fide ac religione nostra orthodoxa confirmati fuerint, quod quidem nos et præsentis in nostra dicta civitate et negotiorum regionum causa absentes plane cognovimus et intelleximus. Nos supplicationibus dicti fratris Simonis Guichard, nobis ex parte totius sui ordinis humiliter factis, inclinati, eisdem fratribus ordinis sancti Francisci de Paula, quatenus in civitate nostra lugdunensi et regione loci illius, in quo priscis temporibus plures pro Christi fide martyrium passi sunt, qui adhuc in memoriam sanctorum martyrum locus decolationis nuncupatur, ecclesiam et conventum edificare ibique cum competenti numero fratrum dicti ordinis divina celebrare, perpetuoque residere, privilegiis que immunitatibus libertatibus et facultatibus eidem ordini per sanctissimos romanos pontifices christianissimosque Francorum reges concessis uti et gaudere posse, licentiam præsentium tenori dedimus et concessimus damusque et concedimus, jure tamen cujuslibet alterius salvo; ut tandem locus ille sanguine sanctorum martyrum olim aspersus, postmodum vero indigne profanatus, pristinam tandem nostris temporibus et antiquam illam sanctitatem Christi fidelibus observandam recipiat ibique in laudem illorum perpetuo laudes Deo effundantur